



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Officiis, Electionibvs, Dignitatibvs, Et
Beneficiis Ecclesiasticis**

**Coras, Jean de
Colonia Agrippina, 1596**

VD16 C 5049

9 De executore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63394)

imputare. Qui tam imprudentem vicariū eligit. §. præterea, qui. mod. re cont. obli. §. fina. de socie. Sicut nec sibi ipsi, ita nec episcopo conferre beneficium poterit vicarius. ca. fin. de instit. ca. per nostras, de iur. patro. Quamuis t̄ delegatus à vicario, habente potestatem substituendi possit vicario conferri. Rebuff. vbi sup. & in §. præfati que ordinarij, de coll. prag. Cū substitutus hic, ab Episcopo potestatem capiat, non à vicario, cap. i. cum not. de offic. vicar. in 6. Vndè iure Episcopi non vicarij substituētis, conferre videatur. l. item, §. decuriones, ff. quod cuiusque vniuersi. Enimvero si à vicario reuocationem ignorante collatū fuerit beneficium, tenet collatio. l. si forte, ff. de offi. præsid. Innoc. ca. ex conuentione, de rest. spol. Vt enim iurisdictionē non acquirit vicarius, priusquam sciat, ita nec t̄ ignorans ademptam fuisse, illam amittit. cap. Ecclesia, 2. vt lit. pend. cap. audita, de restit. spol. Nec impedit renuntiationis aut alterius actus effectum, reuocatio procuratoris non intimata. cap. ex parte Dec. de rescrip. Clem. vn. de renuntiat.

De executore. Cap. IX.

SUMMARI A.

1 *Executor quando conferat.*

2 *Executor non reseruat.*

Quod verò ad executorem t̄pertinet, siquidem is ad compellendum duntaxat datus sit, beneficij conferendi non habet potestatem. ca. si soli, de concess. præb. in 6. Ad prouidendum verò deputatus, non tantum cōfert, sed etiam collationem ei ad quem spectat iure communi, interdicit. Et sicut legatus de latere, collationi

tioni suæ referuat. ca. 1. c. 2. ca. si capitulo, eod. tit.
 2 in 6. Licet de beneficio † nondum vacante, pro-
 uideri nequeat, ca. proposuit, de conces. præb. in
 Ant. aut reservationem beneficiorum facere ge-
 neralem. ca. executor, eod. tit. in 6. Et hæc in hanc
 partem, qua de personis collatorum egimus, com-
 pendiosè dicta volui. Valentia. 8. Nouembris,
 1546.

Pars Tertia.

Quales eos esse oporteat, quibus beneficia
 conferuntur de clericatu.

CAP. I.

SUMMARI A.

- 1 *Tonsura confert ordinem.*
- 2 *Sanctimonia supplet defectum.*
- 3 *Probitas regulas iuris mutat.*
- 4 *Clericatus non presumitur.*
- 5 *Clericatus scripto probandus.*
- 6 *Presbyteratus literæ ordines non probant.*

Offerit sese nunc tractanda, personæ quali-
 tas, cui de beneficio prouideri debet. Et
 in primis cõstat, sacris eam iniciatam esse
 oportere. cap. cum adeò, de rescr. ca. ex literis, de
 transact. Cùm laicus, spiritualium iurium capax
 non sit, ca. decernimus, de iud. c. causamq; de præ-
 script. adeò quidem, vt licèt satis sit, promouen-
 dum primam habere tonsuram: d. c. ex literis, vbi
 I Pano. 4. not. cùm † per eam conferatur clericalis
 ordo: ca. cum contingat, de æta. & qual. non tamẽ
 sufficiat animi destinatio, l. ex eo, ff. de milit. test.
 concurrente etiam habitu clericali. Pano. & alij,
 ca. 2.